



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Gasparis Barzaei Belgae E Societate Iesv: B. Xaverii  
In India Socij**

**Trigault, Nicolas**

**Coloniae, 1611**

IX. Quæ perfecit circa puerorum institutionem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45183**

Virtutis studium domi, vel Societatem in exterorum opinione floruisse.

## CAPVT XIX.

*Quae perfecit circa puerorum institutionem.*

**I**N iuuentutis institutionem Gaspar proximas curas suas collimarat. Multa ergo in hac re memoratu digna, vel iam ab alijs instituta instaurauit, vel ipse primus instituit. Iam erat institutum Goæ, ac nostrorum curæ commissum, Seminarium iuuentutis vel Lusitanæ, vel mistorum, vel denique indigenarum. Eius instituendi fuerat hoc consilium: quoniam in India Lusitani plures in fidei Regisque obsequio fortiter vitam ponebāt, Regiæ quoque videbatur munificentiae, vt qui à parentibus Regis causa destituebantur filij, ijdem parentū causa à Rege non destituerentur. Hoc erat ad iuuentutem quod spectabat Lusitanam, vel ex Indo ac Lusitano sanguine permixtam. Indigenæ porro.

porrò ideo in partem Regiæ muni-  
 ficentiæ veniebant, quòd cùm Lusi-  
 tani Reges maiorem semper fidei  
 nostræ quàm imperij promouendi  
 curam gesserint, id ad euertendam  
 gentilitatem ijs in locis, in quibus  
 sese tantoperè probârat virtus Lu-  
 sitana, iudicatum esset opportunū,  
 vt pereuntibus paulatim seniori-  
 bus, feliciores in eorum locum ra-  
 mi ex eodem trunco infererentur.

Erat Collegium plerumque cen-  
 tum puerorum, quod contiguum  
 domui nostræ conuictu solo distin-  
 guebatur. Eius iam inde ab initio, &  
 multos deinde post annos ad ætatē  
 propè decrepitam, P. Paulus Ca-  
 mers, Italus, socius olim Xauerij In-  
 diam petentis, summa animi con-  
 tentione ac fructu curam gerebat,  
 cum aliquot semper socijs adiuto-  
 ribus. Vestis erat nigra domi; cum  
 domo egrederentur, superindue-  
 bant candidam, cruce purpureâ in-  
 signitam in pectore; galerus ipse co-  
 loris eiusdem similem quoque cru-  
 cem præferebat: ibi legere, & scri-  
 bere,

328. VITAE GASPAR. BARZAEI  
bere, & etiã canere docebãtur. Pri-  
mi quoque erat instituti, ceteras vt  
disciplinas docerentur: sed qua ra-  
tione id aliter paululum fuerit im-  
mutatum, mox dicitur. Eos igitur  
Gaspar ac rem totam ordinare ag-  
gressus, hæc ferè benè constitutis  
addidit, vt cantum non domi solũ,  
sed etiam in æde sua exercerent: ita  
optabat populus, & videbatur hoc  
esse ex eius instituto. Itaque pri-  
mùm ipse, deinde etiam Paulus sol-  
lemni cantu sacrum illis facere cõ-  
sueuerat; ipsi chorum Gregoriano  
cantu, ac diebus festiuioribus musi-  
co referebant. Ea res gratissimo po-  
puli concursu & approbatione ce-  
lebrata est. Instituit etiam, vt ad po-  
puli pietatem excitandam, quater  
qualibet hebdomadã, supplicanti-  
um in morem, ad diuersas ædes sa-  
cras se conferrent; horum erat hæc  
ratio. Præeunte cruce ipsi in can-  
dida sua veste cum insigni modestia  
sequebantur: canebant subinde, vel  
Deiparæ Virgini coronam tuxe-  
bant. Cùm ad ædis alicuius sacræ  
fores.

fore  
nec  
ficia  
ren  
nus  
sti D  
tis  
bat  
ynu  
inu  
non  
cur  
Sod  
pon  
pule  
adm  
li a  
infe  
è Se  
tinu  
par  
teri  
imi  
rum  
Gaf  
rum  
nec

fores venissent, ibi subsistebant, *Puerorum*  
 nec ingrediebantur, ne forsitan of- *feruor.*  
 ficia diuina importunè interpella-  
 rent: tum è gradibus puerorum v-  
 nus, concionantis in morem, Chri-  
 sti Domini tormenta non sine dicē-  
 tis vel audientium sensu propone-  
 bat: & contigit aliquando, vt ex ijs  
 vnus cum pugnis in faciem suam  
 inuolasset, ceteros ad id faciendum  
 non sine lacrymis inflammavit. Oc-  
 currebant pueris plerumque ipsa  
 Sodalitia, & domum vsque simili  
 pompa reducebant, concurrēte po-  
 pulo, & huius modestiā, illius vocē  
 admirante & approbante. Nec nul-  
 li alij sese eodem corporis cultu  
 inferebant: nam multi pueri, licet  
 è Seminario non essent, tamen con-  
 tinuis precibus eundem habitum à  
 parentibus impetrabant, ac sese ce-  
 teris inferebant. Porrò non ea solū  
 imitatione contenti, sed primario-  
 rum filij ciuium parentes suos &  
 Gasparem vrgebant, vt in cetero-  
 rum contubernium admiscerentur;  
 nec solū precabantur, sed pæ-  
 nè

nè vim adhibebant, sæpè protestati, se Collegio pedem non elaturos, nisi voti compotes factos.

Nec pueri solum hoc contende-  
bant. Vir senex vicinus noster, cum  
sæpè pompam illam spectasset ad-  
mirabundus, denique statuit in eo-  
dem habitu, spretis hominum ser-  
monibus de seipso triumphare. I-  
taque à Gaspare multis precibus  
impetrat, vt reliquis admixtus ipse  
etiam candidatorum pompam du-  
cat candidatus, ac pueris præsit, quo-  
rum ipse pietatem statuisset imita-  
ri, Placuit res Gaspari, quoniam ita  
volebat. In ipsius seminarij æde pa-  
lâm puerilem illum habitum, non  
sine solemnî puerorum cantu, ce-  
reum accensum manu gestans indu-  
it, ea pietate, qua Religionis habi-  
tum susciperet: ac deinde in poste-  
rum sedulo, quòd se facturum rece-  
perat, præstitit. Eodem quoque pue-  
rorum munus erat, funebrem pom-  
pam, & reos, qui ad supplicium du-  
cebantur, comitari: sed & per sæpe  
Patres, cum ferè socijs carerent, ad

ægros,

ægro  
pieta  
lùm  
qua  
ficia  
quid  
gna  
bant  
lude  
ab e  
mon  
tam  
furo  
dao  
fiter  
que  
gnat  
se n  
duc  
deb  
fens  
lia c  
ad e  
ram  
dist  
cuic  
rat,

ægros, ad custodias publicas & alia pietatis officia deducebant, non solum comites futuri, sed maximè, qua ratione eadem ritè obirent officia, percepturi. Iuramenta, & si quid aliud peccaretur, publicè magna libertate & auctoritate carpebant. Et aderat fortè ex ijs aliquis ludenti, qui quoties iuraret, toties ab eo monebatur: alter importunū monitorem cum non ferret, neque tamen ætatem illam dignam suo furore iudicaret, dextram illi pardaorum plenam porrexit, nummos silentij præmium offerens: sed neque ea res animum puerilem expugnauit. Nam constanter respondit, se neque auro, neque nummis abducendum à carpendis ijs, quæ videbat non sine diuini numinis offensa committi. Multa id generis alia contingebant. Porrò Gaspar, vt ad eum redeam<sup>9</sup>, miram eorum curam gerebat: in quattuor classes eos distribuera, ætatem ferè spectans; cuique classi suum è nostris assignarat, qui corporum curam gerebant, & ami

& animorum. Denique ea res bellè  
admodum succedebat: sed tamen  
neque Indicis commodis, neque  
Gasparis zelo satis erat. Itaque de  
nouo Seminario cogitat, & summ  
deinde cum Episcopo, & Prorege  
consilium communicat; cuius hæc  
erant ferè capita: non malè quidem  
pupillorum tenuitati Collegio pri-  
ore prouisum, sed alterum de gen-  
tilitate euertenda per ipsos verna-  
culos sacerdotes finem hæud ita at-  
tingi. Primùm quòd cùm non om-  
nia ingenia sint paria, multos In-  
dos ac propè omnes ad superiores  
facultates ineptos esse, vel ingenij,  
vitio, vel innatæ leuitatis. Interim  
permistos ijs Lusitanos acri plerū-  
que ingenio, vel vt multitudini cō-  
sulatur, negligi, vel ne ij negligan-  
tur cum inutili turba, sumptus & o-  
peram malè collocari. Res sanè v-  
trique placuit: nam & constabat iā  
experientiâ, Sacerdotij dignitatem,  
quam indigenæ aliqui consecuti e-  
rant, ita ferè ab ijs abiectè haberi,  
vt iure plerique in posterum ar-  
cendi



cendi viderentur, cum neque vitæ  
 sanctitate, neque eruditione satis  
 eam honestarent. Visum igitur Gas-  
 pari, aliud Seminarium ex altero  
 Collegij nostri latere exædifican-  
 dum, in quod è priore Lusitani ac  
 permixti quin & Indi, qui Rectoris  
 iudicio digni censerentur, emigra-  
 rent; ceteri qui frugem vel ab inge-  
 nio vel à probitate non sponderēt,  
 ad aliquod opificium illiberale, sed  
 tamē quo vitam in posterum susten-  
 tarent, amandarentur; ita tamen, ut  
 ad iustam ætatem Rectori velut pa-  
 renti subiacerent, qui non prius eos  
 è sua manu mitteret, quàm inopiæ  
 periculum & ætatis euassissent. Cō-  
 siliū fuit omninò salutare, nec  
 Prorex aut Episcopus consilio mi-  
 nus quàm re iuuerunt; Gaspar quo-  
 que sumptibus, quàm poterat, corra-  
 rem perfecit. Eius Collegij visum  
 est numerum ipso septuaginta duo-  
 rum discipulorum Christi numero  
 definire, ut & officio & nomine  
 in Apostolorum leuando labore  
 consentirent. Itaque in eo dein-  
 de

*Semina-  
 riū aliud  
 extrus-  
 curat.*

de Collegio, quod erat institutum, facultates omnes Theologo necessariae sunt praelectae. Atque hoc fuit alterum in adiuuanda iuuentute Gasparis inuentum; sed non vltimum. Erant in atrio Collegij male materiatae aedes, quae quoniam nulli vsui essent, Gasparis auctoritate pueri eò gratis oēs ad legendum scribendumque instituendi inuitabantur, adhibitis ad eam rem è Societate nostra Magistris, rerum temporalium adiutoribus; & breui numerus excreuit ad trecentos. Interim hac esca ad omnem pietatem ac doctrinam Christianam optimus quisque instituebatur, & pompae Catechisticae ex numero sollemnitas non inutilis accedebat. Quotidie illi cum ceteris alumnis sacrificio Missae interesse iuebantur, & qua ratione cum pietate id facerent, docebantur. Sed neque sic Gaspari satisfactum: nam quotidie meridianis horis tintinnabulo aedituus, eius iussu, vicos obibat, & Christianae doctrinae capita vetere Societatis insti-

insti  
ceba  
curre  
tum  
proli  
ipse  
id m  
pare  
arrep  
serua  
qua  
runt.

Fr

I  
f  
l  
men  
raru  
negl  
& q  
perf  
dā d  
est  
tam

instituto, reliquos iam coactos edocebat, maxima multitudine concurrente, ac stupente populo, quantum Societas in instituendis suis prolibus laboris susciperet. nam ipse quotidie quattuor ferè horas in id muneris insumebat. Hæc à Gaspare initio instituta non auidius arrepta sunt, quàm tenaciùs conseruata: nam ab his ferè initijs ea, quæ adhuc India videt, emanarunt.

## CAPVT X.

*Fructus eius operâ de reliqua ciuitate collectus.*

**I**VVENTVTEM Gaspar curans serebat arbores, quæ alteri sæculo prodesse: sed non ideò tamen putare ramos inutiles, & ceterarum Ecclesiæ plantarum curam negligebat. Imò nihil non audebat, & quod admirabilius est, nihil non perficiebat. Ei<sup>9</sup> rei causam sibi quaddã die apud Ludouicũ Froez passus est elabi, cum rogatus, quomodo tam difficilia perficeret, respondit, quod